1434. Primis Maji Ex libro de limitibg Pol. et Litt.

433.

Joannes dux Masoviae monet committi certa sua bona ducalia in tenutam nobilibus de Kutylowo.

127

Joannes Dei gratia dux Masoviae, Russiae etc. Generosi fideles nostri dilecti. Expositum est nobis, quomodo providus Mikosz advocatus in Kutylowo, in partibus Russiae certa bona emit, ubique residet, qui advocatus certa bona ducalia, ac granicies Kutylowo de censu annuo tenuit, et iisdem fruebatur, per cujus recessum in aliam terram eadem bona ducalia vacant modo, et infructifera existunt. Requirimus igitur tuae fraternitati, ut eadem bona vacantia nobilibus Clementi, Stephano, Jacobo, Michäëli, Stanislao, et Nestiborio de Kutylowo in tenutam committat, salvo salario, prout et cum eisdem et conferre, et contractare poterit, quantum dare debeant, ne eadem bona vacantia esse nihil fructus afferant. Datum in Lomza feria quarta ante sancti Stanislai martyris, et episcopi venerandi, Anno millesimo, quadringentesimo, trigesimo, quarto.